ciarum auri, quam per te a predicto iudice Peregrino recipi mandavimus racione dicte cabelle, unum ipsorum scilicet Camere nostre et aliud predictis magistris racionalibus, sicut tibi expresse mandavimus, non misisti. propter quod firmiter et expresse precipimus, quatenus instrumenta ipsorum litterarum nostrarum tibi exinde directarum confecta mittere studeas sine mora, quia, si ea mittere neglexeris et distuleris, de toto dampno et incommodo, quod de cabella ipsius secrecie et salis curia nostra subire contigerit, de tuo proprio et de terra tua mandabimus integre nostre curie resarciri.

(Dat. Neapoli die VIII. ianuarii [1278])